quo hanc confirmaret sese inserere dignatus
est. Uiuus autem quia dicere potuit. ego sum uia
ueritas et uita. Qui ab hominibus reprobatus est.
cum dicerent. non habemus regem nisi caesarem.
A deo autem electus. cum ait ipse. Ego autem constitutus
sum rex ab eo et cetera. Et honorificatus. quando post
mortem crucis deus illum exaltauit et donauit illi
nomen quod est super omne nomen et cetera. Et ipsi
tamquam lapides uiui superaedificamini domos
spiritales. Superaedificari illos dicit. quia
sine dominum iesum christum lapide scilicet uiuo. nulla
spiritalis aedificatio stare potest. Fundamentum